sub titullo Reverendi Joannis Tarnowskij Praepositi Crac. Wla-
dislavien. et Lancicien. atq sede vacan. Epatus Crac. Administra-
toris et Regni nostri Vicecancellarij sigillo appenso eiusdem muni-
tas et manu ipsius subscriptas approbationem certi census reempti-
nalis in se continen. salvas integras omniq suspicionis nota caren.
utq easdem authoritate nostra Regia approbare et confirmare di-
gnaremur supplicatum est nobis earum vero tenor est eiusmodi
In nomine Domini Amen etc. Nos itaq supplicationi praedictae an-
nuen. literas praeinsertas in omnibus earum punctis et clausulis
approban. et confirman. esse duximus approbamusq et confirma-
mus praesen. decernen. eas vim et robur debitae firmitatis quatenus
iuri communi contrariae non sunt obtinere debere censemusq praedictum
libertati Ecclesiasticae ascribimus adiungimus et incorporamus etc.

Mandatum ad cives Crac.

Sigismundus etc.

Famatis Advocato et Scabinis Civitatis nrae Crac. Fid. nobis
dilectis gratiam nram Regiam Famati Fid. nobis dilecti Aliquo-
ties iam Fid. Vrae nomine officialium Cancellariae nrae admonitae sunt
ut in apellationibus quae occlusis rotulis ad nos transmitti so-
lent meliorem ordinem teneant, quae tamen admonitiones hucusq
a Fid. Vris nihili aestimatae sunt Rotuli enim nihilominus in
immensos fasciculos crescunt atq infinitis munimentis aliquan-
minus ad causam pertinen. refferti ad nos transmittuntur et magni-
tudinem quidem processus Fid. Vrae in Procuratores modum et
modestiam in contrarijs non tenentes reijcere possunt hoc tamen
excusare non posse videntur quod munimen. Rotulis tam con-
fuso ordine potius injiciantur quam imponantur, ita ut vel ex
nullis etiam minimis Regni nostri oppidis tam magni tamq
confusi Rotuli ad nos pervenerant quod tandem officialibus
Cancellariae nostrae infinitum laborem et in quaerendis munimentis
molestiam exhibere convenerit Mittimus itaq ad Fid. Vras Ro-
tulos in quatuor causis Primum inter Tomam Komorowczÿ et
Joannem Halicz Alterum inter Nicolaum Wesolowskÿ et Pe-
trum Wlodars Tertium inter Succesores et Uxorem Felicis Sobi-
branka Quartum inter Hieronimum Dubizgien. et Joachimum
Czepelowskÿ qui propter nimiam confusionem commode legi
non potuerunt Mandamus itaq Fid. Vris ut eos rotulos de-
nuo revideant munimenta ad numerum per margines proces-
sum contineretur consignent riteq et ordine componant et
rursus ad nos remittant imposterumq a tali confusione caveant
Procuratores quoq ut meliori ordine sua munimenta producant

verborumque pugnas non necessarias devitent admoneant. De quibus omnibus volumus ut Fid. vrae cum Generoso Paulo Szczerbicz Decretorum nostrorum Notario conferant si vero hac protractatione aliqua partium sibi praeiudicari putaverit illi cum Fid. vris vel eos quorum id officij fuerit protestari et quartum de iure competierit agendi facultatem reservamus Fid. itaque vrae secus non faciant pro gratia nra etc.

Libera venditio

Sigismundus etc. Scanus

Quia nos ad intercessionem certorum consiliariorum nostrorum pro Nobili Laurentio Swiechlowsky apud nos factam ipsi libertatem eam dari et concedi esse duximus quemadmodum praesentibus litteris nostris damus et concedimus ut possit et valeat tam per se quam per familiam suam absque quovis impedimento et contradictione mercaturam rerum ad victum pertinentium exercere tum et liquores cuiusvis generis propinare idque tamen in Regno nro Poloniae et dominiis eidem subiectis quam in magno Ducatu Lituaniae tam in Comitijs quam extra Comitia. Quod ad universorum quorum interest praesertim vero officialium quorumvis tam bonis quam civitatum Regni et Magni Ducatus Litthuaniae notitiam deferimus Mandantes ut memoratum Laurentium Swiechlowsky in hac praesenti concessione nra conservent conservarique ab alijs curent pro gratia nra etc.

Confirmatio

Sigismundus etc.

Oblatas nobis esse literas nomine et ex parte Hermanni von Sacken manu Illmi Dni Magni Epi Ozilien. Vicen. et Curonien. Administratoris Epatus Revalien. Heredit. etc. etc. subscriptas eiusque sigillo munitas integras nullaque ex parte suspectas donorem (?) ..ci in loco Amboten. iacen. in quo vires duo rustici Kaupo et Korsten dicti resident in se continen. Supplicatumque est a nobis ut ea authoritate nra Regia approbare et confirmare dignaremur Earum vero tenor talis est etc.

Renovatio Privilegij

Sigismundus etc.

Quomodo licet Nobilis Hermannus von Sacken privilegium habuerit per Illmum Dnum Magnum Epum Ozilien. Vicen. et Curonien. Administratorem Epatus Revalien. Heredem. ipsi eiusque successoribus super unum uncum in quo duo rustici Timbur et Pagsre dicti resident et ad hoc usque tempus tenent et possident datum tum quia illud ingruente belli necessitate casu fortuito sit